



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Manuale Exorcismorum

Eynatten, Maximilien de

Antverpiae, 1626

Benedictio Vini, Ceruisiæ, vel alterius potabilis materiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40734**

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**B**enedic Domine hos fructus, & presta: vt qui ex eis in tuo sancto nomine vescentur, corporis & animæ salute potiantur. Per Christum Dominum nostrum.

*Resp.* Amen.

*Et aspergantur Aqua benedicta.*

Benedictio ad quodcumque COM-  
ESTIBILE.

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

*Oremus.*

**B**enedic Domine, creaturam istam N. vt sit remedium salutare generi humano: & presta per inuocationem sancti nominis tui, vt quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum.

*Resp.* Amen.

*Aspergat Aqua benedicta.*

Benedictio VINI, CERVISIAE,  
vel alterius potabilis materiæ.

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.*



*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**D**omine Deus, Pater omnipotens, statutor omnium elementorum & fructuum, qui per Iesum Christum filiū tuum Dominum nostrum, substantiam hanc in refocillationem sitis & corporum salutem esse voluisti; te supplices deprecamur, vt exauditis orationibus nostris, eam tuæ pietatis aspectu sancti-**f**ices, atque ita omnium spirituum immundorum ab ea recedat incurfio, vt quicumque ex ea sumpferit, ei gratia tuæ benedictionis adueniat, & mala omnia te propitiante ab eo procul recedāt. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, &c.

*Resp.* Amen.

*Et aspergat Aqua benediçta.*

Alia Benedictio V I N O propria.

*Vers.* Adiutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**D**omine Iesu Christe, qui in Cana Galilææ ex aqua vinum fecisti, qui es vitis vera, multiplica super nos misericordiam tuam, & bene**f**dicere & sancti**f**icare digneris hanc creaturam vini, vt quicumque

ex